

SOLIDISSIMA ET EVIDENTISSIMA
DEMONSTRATIO
ATQUE

DEDUCTIO

SERENISSIMO ELECTORI
PALATINO Vigore Tractatum Pacis west-
phalicæ, Riswicensis, ac Badensis cum Satrapiâ su-
periore Germersheimensi annexam Eidem Præ-
posituram, atque Satrapiam inferiorem Seltzen-
sem, nec non Hagenbachum, atque alia, quæ ad
Alsatiam spectare sinistrè contenditur loca, cum
omnibus Regalibus, Dignitatibus, Fructibus &
Juribus, sine ulla ab Corona Gallia, aut Præfecturâ
Provinciali Hagenaviensi dependentia plenariè
restituenda esse, ejusque intermissionem
memoratos Pacis Tractatus atque

Sancita apertissimè
infringere.



SOLIDISSIMA ET EVIDENTISSIMA
DEMONSTRATIO
ATQUE

DEDUCTIO

SERENISSIMO ELECTORI

PALATINO Vigore tractatum Facis West-

phalicæ, Rixwicensis ac Badenensis cum Sarracis in-

feriore Germaniarum annorum Hiberniæ Prae-

posituram, atque Sarraciani inferiorum Seltzen-

sem, nec non Hohenbachum, atque alia, quæ ad

Alsatiam spectant iustitè commendatæ loca, cum

omnibus Regalibus, Dignitatibus, Fructibus &

libus, sine ulla ex Corona Gallicæ aut Prædictis

Provinciis Hæreticis dependens plenariè

restituenda esse, eiusque intermissionem

memoratos Facis tractatus atque

Sanctis operibus

intingere





Firmiffimè quidem atque Iuftiffimè Sereniffimus Elector Palatinus fperaverat, Se juxta Legem confeftæ Anno fuperiore Pacis Bafdenfis quietam omnium Palatinatûs inferioris ad Rhenum terrarum ac ditionum, eisdemque appertinentium fuperiorum inferiorumque Satrapiarum cum annexis Prærogativis, Dignitatibus, regalibus ac Juribus territorialibus tam in politicis quam militaribus Poffeffionem poftliminio confequuturum effe; eò quod illâ tam Aviti & recentiores in Electorali Dignitate Palatina Sereniffimi Prædeceffores, quam Ipfe altè fatus Elector refpectivè à tempore immemoriali, & ex poft Vigore Weftphalicæ, ac Rifwicenfis Pacis Tractatum decretæ reftitutionis ufque ad nuperi Belli Morus abfque ulla turbatione gavifi funt.

Nihilo tamen minùs contrarium præter omnem fperam & opinionem re ipfa fe oftendit, quando non ita pridem locata in fuperiore Satrapia Germersheimenfi (uti & poft conclusam atque ratificatam Pacem Rifwicenfem factum eft) ufque in appertinentem Satrapiam inferiorem Seltzenfem Palatini militis Centuria, Regis Galliæ legatus militaris Comes Bourgius non modo huic locationi fe oppofuit; verùm etiam fub Mandati regij, atque Satrapia Seltzenfis in Alfatia, ac confequenter fub Regis Gallia Dominio fitûs, ideoque Regem, ut ulla ibidem Poffeffio manu militari arripiatur, concedere nullo modo poffe, prætextu, decima tertia nuper elapfi Mennis Januarij per Gubernatorem Fortalitij Ludoviciani locatum in Oppido Seltzenfi Palatinum Eqitem defultorium extrudi, ultra lineas deportari, ejusque locum viginti quinque gregariis militibus cum Officiali & Decurione occupari juffit. Atque tametsi defuper à Regimine Electorali Palatino per quendam è gremio fuo delegatum prædicto Comiti folidiffimis argumentis demonftratum fit, Satrapiam Seltzenfem à Satrapia fuperiore Germersheimenfi per denuò ac recenter confirmatam

Pacem

3tio. Nupero Tractatui Pacis Badensis §. 3. memorati Tractatus Pacis Westphalicæ & Riswicensis pro Basi & Fundamento serviunt, simulque omnia, quæ in binis hisce Tractatibus in Favorem Electoris Palatini Eiusdemque plenariam restitutionem stipulata fuerunt, iteratò pacto publico tantò magis corroborantur, cum in subsequentibus non constet vel minimum illis esse derogatum; quod autem

4to. Præcedentes Electores Palatini, & signanter Elector Carolus Ludovicus felicitis recordationis post adeptam Vigore supra allegatæ Pacis Westphalicæ restitutionem Seltzam cum annexis tanquam appertinens, & Satrapiam inferiorem à Satrapiâ superiore Germersheimensi dependentem usque ad Annum 1680. quo Rex Galliarum per Cameram Brisacensem ita dictas reuisiones in Alsatia moliri cœpit, quietè possederint, plus quàm notorium est nec vel umbra veri contradici unquam poterit. & quidem

5to. Ex illâ à præfata Camera Brisacensi secunda Januarij 1680. in diversis Satrapiæ Germersheimensis locis, Vigore Specificationis sub N. 3. (in qua Seltza atque Hagenbachum primo loco notata sunt) in finem cum Præfectura Hagenaviensi reunitum iri, insinuatâ citatione sub N. 4. atque desuper ab altè memorati Electoris Caroli Ludovici felicissimæ memoriæ per Suum id temporis in Aula Gallica morantem legatum Extraordinarium Baronem Eckium moto gravamine (uti latius videri potest in adjuncto sub N. 5) satis superque demonstratur, tam per Pacem ex post Anno 1697. Riswici confectam, quàm per exhibitum à Legatione Gallica indicem Reunionum Vigore Extractus sub N. 6. promissam Electori Palatino plenariam restitutionem Satrapiæ Germersheimensis unâ cum annexis Præposituris, Satrapiis inferioribus & Appertinentiis, singulariter Satrapiam inferiorem Seltzensensem respexisse; etenim per hanc restitutionem Electori Palatino illud tam in Quanto, quàm Quali possit minio cedi atque reddi debuit, quod, Eidem per occupationes Gallicas, vel ita nominatam Reunionem retentum fuit. Quod

B

6to.

6to. Luculentius patet, & absque ulla controversia ex illa ab ipsa Corona Galliae desuper facta agnitione demonstratur: nam cum in punctum Arbitrij Cause Aurelianensis Serenissimus Elector Palatinus, priusquam Vigore Art. 8. Pacis Riswicensis, ejusdemque Articuli separati plenarie restitutus foret, nullatenus condescendere, neque ex stipulatis centum mille Florenis annuis vel minimum exsolvere constituisset; re ultrò citròque agitata jussu Regiae Majestatis de 30. Januarij 1699. Eiusdem in negotio Arbitrij Aurelianensis delegatus Plenipotentarius Obrechtus Palatino Plenipotentario Zachmanno sub dato & presentato dicti Anni Declarationem manu propria signatam unà cum allegata manusque propria subscriptione corroborata, jam ante ex parte Palatina omnium, quae à Corona Galliae Vigore pacis Riswicensis Art. 8. Serenissimo Electori Palatino restituenda erant, locorum facta designatione extradidit, in qua Vigore Extractus sub N. 7. expressis verbis continetur, altissime memoratam Regiam Majestatem iteratò serioque curaturam esse, ut Serenissimus Elector Palatinus in omnibus & singulis in praefata sub N. 8. adjuncta Designatione comprehensis locis atque inter illa nominatim in Seltza atque Hagenbacho (de quibus specialis contentio fuerat) omnibus Juribus, Regalibus, Superioritate territoriali, ac praesertim Locatione militari, Impositionibus, Vectigalibus, aliisque Jurisdictionibus eo modo gaudeat, quo felicis memoriae Elector Carolus Ludovicus Vigore Pacis Westphalicae facta restitutione illis gavissus est, aut gaudere debuit. Et quamvis huic Declarationi clausula reservatoria adjecta sit, illam scilicet neque Westphalicae nec Riswicensi Paci ratione cessi ab Imperatore & Imperio in loca sub Praefectura Hagenaviensi praetensè sita supremi regii Dominii nihil derogare; atque per hoc inferri voluit; quod tametsi memorata regalia & Jura Seltzae atque Hagenbacho, super quibus uti & aliis in Alsatia praetensè sitis locis ab Electore Palatino controversia mota est, appertineant; Nihilo tamen minus Coronae Galliae Dominium supremum sive supereminens reservatum manere; attamen

7tmo. In diversis de super habitis Colloquiis ex parte Electoris Palatini evidentissimè remonstratum est, istam in quædam loca, utpotè Satrapias Seltzam & Hagenbachum, quæ ante hac, uti sustinetur, à Præfectura provinciali Hagenaviensi dependent, prætensi regii supremi seu supereminenti Dominii reservationem cum illa Serenissimo Electori Palatino vigore supra allegatorum Pacis Tractatum competente totius & plenariæ Satrapiæ superioris Germersheimensis restitutione nullatenus posse subsistere; quando juxta expressum pacis riswicensis tenorem Satrapia superior Germersheimensis unà cum appertinentibus Satrapiis inferioribus & Præposituris illo modo & lege, quibus felicis recordationis Electori Carolo Ludovico vigore Westphalicæ in Riswicensi pro norma restituendi allegatæ Pacis restituta, atque usque ad fatalem illam per dictam Pacem Riswicensem penitus sublatam reunionem possessa fuit, altè fato Serenissimo Electori restitui debuit. Uti autem altè memoratus Elector Carolus Ludovicus superiorem Satrapiam Germersheimensem absque ulla ab Alsatia aut Præfectura Hagenaviensi dependentia quietissimè possedit; ita res ipsa loquitur, sæpius altè dicto Electori Palatino præfatas Satrapias inferiores atque Præposituras eadem conditione deberi, atque insertam Regiæ Declarationi reservationem nullo fundamento niti; si secus fiat, Electorem de non subsequuta ex lege Pacis Tractatum plenaria restitutione coactum esse, publicè, & quidem tantò vehementiùs conqueri, eò quod ab illo tempore, quo memorata loca jam ab aliquot Sæculis Electorali Domui Palatinæ accreverunt, Serenitatis suæ Electoralis Antecessores (quorum avita possessio atque Dominium in pace Westphalica pro norma & regula restitutionis Palatinatûs inferioris constituitur) eandem independenter ab Alsatia & præfectura Hagenaviensi, sed unicè & immediatè ab Imperio absque ulla turbatione possederunt. Et quamvis

8vo. Ad hæc regeßtum sit, in Præfecturæ Hagenaviensis documentis reperiri, Seltzam atque Hagenbachum temporali præfecto Provinciali Homagium quondam præstitisse; attamen nudum hoc

hoc, & hactenus non productum allegatum Electoris Palatini fundatæ intentioni ne vel minimùm derogare poterit, attento, quod in hoc casu quæstio non sit, neque longis ambagibus perquirendum sit, quid antiquis temporibus contigerit, aut contingere poterit; verùm quo modo Elector Carolus Ludovicus Vigore per Pacem Westphalicam juxta normam & factum Possessionis Antecessorum Electorum, Principumque Palatinorum ante Motus Bohemicos totius inferioris Palatinatûs ad Rhenum adeptæ restitutionis Satrapiam superiorem Germersheimensem utpotè Palatinatûs partem integrantem cum singulis Appertinentiis, Satrapiis inferioribus atque Præposituris (inter quæ Seltza atque Hagenbachum numerantur) possederit; atque uti immemorialis ista Possessio ab Alsatia atque Præfectura Hagenaviensi juxta præducta planè independens fuit, nullum ab Alsatia aut memorata Præfectura supremum Dominium prætendi, multò minùs ex parte Electoris Palatini agnosci potuit aut agnitum fuit, quo casu ex parte Coronæ Galliæ necesse non foret pro prætensæ dependentiæ assertionem ad antiquissima tempora (si etiam simile quid accidisset) recurrere, verùm ad recentiora tempora illorumque observantiam reflectere; ita etiam allegatæ hujus contradictionis irrelevantia ex indè satis superque patet; neque ullum

9no. Serenissimo Electori Præjudicium adferre potest, Coronæ Galliæ (uti asseritur) à Cæsarea Majestate, atque Imperio supremum in totam Alsatiam, quousque pro libita ac proprio arbitrio formati limites se se extendunt, Dominium cessum, atque transportatum esse; tametsi enim in ponderosæ hujus quæstionis Discussionem se intromittere præsentis Negotij natura non requirat; Verùm illa ad desuper in præcedentibus Pacis Tractatibus ex parte Imperii & Statuum in medium prolata, actis publicis passim insertas Propositiones, ac præsertim quid supra memoratus Aurelianensi Arbitrio adhibitus Plenipotentarius Gallicus Obrechtus in suo rerum Alsaticarum Prodrómo Argentorati

torati Anno 1681. typis vulgato vol. 1. cap. 8. per totum ad hanc materiam solidè scripserit, utiliter remittatur; Attamen posito, non admisso, hoc cessionis casu ad Palatinatum inferiorem pertinentes Vigore Westphalicæ ac sequentium pacis Tractatum restitutæ diriones atque Satrapia cessionis huic involvi eò minùs possunt, cum hæc ex parte Coronæ Galliæ allegata cessio in terminis generalibus consistat; restitutio autem Palatina præsertim ratione Satrapia superioris Germersheimensis, eidemque annexarum Præpositurarum, Satrapiarum inferiorum, Castrorum, Oppidorum &c. (uti Riswicensis ad Westphalicæ se referentis Pacis formalia disertius loquuntur) pro mera dispositione speciali ac proinde generali derogatoria habenda sit; præcipuè cum inter Præposituras, Satrapias inferiores, & reliqua loca utpotè Satrapia superioris Germersheimensis partes integrantes nulla distinctio (ac si una alterave portio ad Alsatiam, & Præfecturam Hagenaviensem, ejusdemque supremum Dominium pertineat (quod tamen ex parte Coronæ Galliæ, si hoc intendisset, fieri facile potuisset & debuisset) facta sit; verùm uno eodemque verborum tenore de omnibus & singulis indistinctè cum nuda relatione atque reflectione ad præcedentem per Pacem Westphalicam factam restitutionem (cui nunquam nisi per Coronam Galliæ intentatam, ac per pacem Riswicensem annullatam reunionem contradicturn fuit) in expressis terminis statutum reperiatur. Nec minùs

Iomo. Illa in § 4. Pacis Riswicensis expressa verba **Extra Alsatiam** in præjudicium Electoris Palatini intuitu Seltzæ, Hagenbachij, atque quorundam, quæ ad Alsatiam & præfatam Præfecturam pertinere contenditur, locorum allegari possunt: etenim pro nunc de quæstione limitum Alsatia, qui Imperatorem totumque in Corpore Imperium concernunt, uti & de reliquis quæ ad elidendam (quam ex præactis verbis eruere laboratur) illationem adduci possent, abstrahendo, paucis tantummodò dictum sit, restitutionem Palatinam non in hoc in terminis generalibus subsistente Articulo quarto; sed præcipuè in sequente Articulo

C 10

lo 8vo, nec non Articulo separato fundatam esse, in quibus in specie Satrapia superioris Germersheimensis cum omnibus Præposituris, Satrapiis inferioribus, singulisque Ab- & Dependentiis absque ulla situationis distinctione plenaria restitutio à Corona Gallia sanctissimè atque integerrimâ fide stipulatur, & appromittitur. Ad quod accedit, si etiam allegatus Art. 4. Electoratum Palatinatûs (quod in terminis utilibus acceptatur) respicere, atque in dubium tracta loca ratione sitûs in Alsatia districtu comprehendi sustineri vellet; per hoc tamen integrali, & per consequens in præfatis locis atque ad normam præcedentium Electorum exercitiæ Possessionis stipulæ restitutioni derogari ne vel minimum posse; attento quod prædictus Art. 4, in quo loca & jura restituenda determinantur, expressis verbis disjunctivè loquatur: Quæ nimirum extra Alsatiam sita, aut Indice Reunionum à Legatione Gallicâ exhibita expressa sunt. Atque ita ex natura ejusmodi Particularum disjunctivarum sufficiat, alterutram conditionem aut qualitatem, scilicet expressionem in Indice Reunionum juxta illius contenta in Satrapia Germersheimensi cum omnibus ejusdem Appertinentiis verificari atque existere, sive tota sive ex parte in vel extra Alsatiam sita sit. Quæ de reliquo hæctenus fuit Satrapia inferioris, illa & Præposituræ Seltzenensis ejusdemque Redituum, Pensionum, ac Emolumentorum est conditio, quæ jam à tempore mutata Religionis sub præcedentium Electorum Regimine Palatinatui Rheni planè incorporata, atque illo modo vigore Pacis Westphalicæ sæpius altè fato Electori Carolo Ludovico felicitis recordationis fuerunt restituta, maximè cum prædicta incorporatio, atque ex illo Capite Electoribus Palatinis acquisita possessio Præposituræ, aut Abbatia Seltzenensis notoriissima atque incontestabilis, ab ipso Aurelianensi ad Francofurtense Compromissum adhibito Plenipotentiario de Thesus in suo producto Ulterior Assertio nominata, atque in ejusdem adjuncto Num. 3tio sub rubrica Designatio Bonorum Ecclesiasticorum sæculari usui

usui restitutorum quorum Serenissimi Domini Antecessores Caroli per cessionem possidentiam, aut alio quovis modo Proprietatem sunt affecuti, affirmata res sit; ubi inter alia sub Electore Friderico Tertio hoc titulo in Satrapia Germersheimensi Electoratu Palatinatus acquisita bona, etiam Abbatia Seltzensis nominatim numeratur; Cui Scripto sub Num. 9. subjuncta Clausula concernens Listæ seu Designationis locorum à Corona Galliarum, vi Pacis Riswicensis restitutorum, atque in Article 4to dictæ Pacis ejusque Clausula postrema comprehensorum, à Legato Gallico Anno 1699. Ratisbonæ ad Comitium Imperij exhibita non minus ad stipulatur; ubi scilicet Præpositura Seltz inter Præfecturam Germersheimensis pertinentias nominatim collocatur; Quapropter nunc Regnanti Serenissimo Electori Palatino quâ Successori memoratam Abbatiam Seltzensem, cum omnibus Reditibus & Appertinentiis, quemadmodum Eiusdem in Electoratu Prædecessor illis gavissus est, Vigore Riswicensis, atque in illa fundatæ recentioris Pacis Badensis, deberi, atque plenarie restituendam fuisse, nemo in dubium trahere poterit. His tamen non attentis Corona Galliarum præfatam Abbatiam cum omnibus, ubi vis sita sint, redditibus & commodis Collegio Societatis Argentoratensi cum Electoris Palatini de possessione assignare contendit; idque ex prætenso jure Art. 47. Pacis Riswicensis, Vigore cujus Collatio Beneficiorum tempore Belli facta Possessoribus confirmatur.

Considerandum autem è contra est, allegatum sub N. 10. ad junctum Articulum Beneficia Ecclesiastica, quæ tunc temporis quæ talia censita sunt, intelligere. Quæ autem Abbatiarum & Præpositurarum tempore mutatæ Religionis à Dominis Territorialibus incorporatarum, atque per Pacem Religiosam & huic in nixam Westphalicam (de quarum Sancitis manutenendis ipsa Corona Galliarum cum Aliis Arbitris pacta est, & solenniter cavit) transformatarum sit conditio, & quemadmodum amissa mutata-
que

quæ priore natura & qualitate Dominorum Territorialium liberæ dispositioni relictae sint, plusquam notorium est.

Præterea allegati Art 47. verba expressè de Collatione Beneficiorum loquuntur, cum autem Collatio sit personalis, seu certæ Personæ fiat, per cuius obitum collatum Beneficium rursus vacat, atque ad conferentis dispositionem redit; idcirco facta Collegio Argentoratensi Præposituræ Seltzensis assignatio, non pro Collatione, sed perpetuâ Incorporatione vel Unione habenda est, de qua Art. citatus ne vel verbo meminit. Neque minùs Electori Palatino obstare potest, quod ex Concilio Tridentino Sessione 13. Cap. 18. de Reform. in favorem Collegij Argentoratensis, uti spargitur; vult proferri: Etenim quidquid ibidem de Seminariis Clericorum statuitur, non de totali Unione seu Incorporatione, sed juxta expressum tenorem verborum de certa tantum portione detrahenda, est intelligendum; tacendo quod Concilium Tridentinum in hoc passu (modò Religiosæ atque Westphalicæ Pacis legibus insistatur) nullum locum obtinere queat, cum tempore hujus Concilij in Electoratu Palatinatûs tam ipsa religio, quam Bona Ecclesiastica, Abbatiæ & Monasteria aliam planè naturam modò induerint, patet itaque ex prædeductis solidissimis, in jure & facto fundatis argumentis, Abbatia Seltzensi, cum singulis ejusdem redditibus Serenissimum Electorem Palatinum privari diutiùs non posse; verùm eandem Vigore sæpius allegatorum Pacis Tractatum plenariè restituendam esse; quo præstito altè fatus Serenissimus Elector de hac Præpositura, illiusque redditibus ac Emolumentis ita disponet, proat Orthodoxi & supremi Numinis Cultûs promovendi studiosissimi Principis Officium & partes exigent.

Quemadmodum autem ex supra deductis sæpius altè memorati Electoris in Westphalicæ, Riswicensis, ac recentioris Pacis Badensis Tractatibus (quorum unus ad alterum se se refert, ac pro Basi & Fundamento habet) ratione Satrapia inferioris &

Præ-

Præposituræ Seltzensis; uti & aliorum, quæ præterse ac sinistrè
supremo Dominio Gallico vindicari volunt, locorum fundatissi-
mum jus, luce meridianâ clariùs eluceffit; ita à Regiæ Majestatis
Gallicæ innata, ac toto quâ patet orbe divulgata Generositate atq;
Æquanimitate Serenissimus Elector indubitatè sibi promittit, Ean-
dem, si de hujus, uti se se habet, rei genuino statu plenius informa-
retur, nullatenus permissuram, Electorem contra memoratos
tam antiquiores, quàm recentiores Pacis Tractatus turbari, ve-
rùm cum severissimâ omnium molestiarum Inhibitione quietam
extot tamquè religiosè sancitis tractatibus sperati fructûs percep-
tionem esse indulturam. Et quemadmodum ad id consequendum
summa Cæsareæ Majestatis atque Imperij (à quibus Serenissimus
Elector Palatinus impugnata ex parte Gallica jura immediatè te-
net, ac recognoscit) interpositio non leve pondus adferre potest;
Ita firmissimè sperat Sacram Cæsaream Majestatem unâ cum Im-
perio Sua Authoritate, Operâ; atque Auxilio Sibi hac in re non
esse defuturam.

Num. I.

Articulus Octavus Pacis Riswicensis.

Restituentur à Rege Christianissimo Domino Electori Pala-
tino occupatæ omnes ditiones, sive ad Illum Solum perti-
neant, sive cum Aliis communes sint, quocunque nomine ve-
niant, speciatim verò Civitas & Præfectura Germersheimensis,
illaque comprehensæ Præposituræ & Subpræfecturæ, cum om-
nibus Arcibus, Urbibus, Oppidis, Pagis, Villis, Fundis, Feudis;
& Juribus, prout per Pacem Westphalicam restitutæ fuernut,
omnibus etiam Documentis literarijs ex Archivo, Cancellariâ,
Curiâ feudali, Camerâ Rationum, Præfecturis, aliisque Officiis
Palatinis ablatis, nullo Loco, re, Jure, aut Documento ex-
ceptis.

Num.

D

Num. 2.

Articulus 4tus §. 6.to Pacis Osnabrugensis qui
concordat cum §. 14.to Pacis Monasteriensis.

DEinde ut inferior Palatinatus totus cum omnibus & singulis
Ecclesiasticis & Sæcularibus Bonis, Juribusque & Appert
inentiis, quibus ante Motus Bohemicos Electores Principesque
Palatini gavisi sunt, omnibusque Documentis, registris, Rationa-
riis & cæteris Actis huc spectantibus Eidem plenariè restituantur.
Cassatis ijs quæ in contrarium acta sunt, idque Authoritate Cæsæ-
reâ effectum iri, ut neque Rex Catholicus, neque ullus Alius qui
ex inde aliquid tenet, se huic Restitutioni ullo modo opponat.

Num. 3.

SPECIFICATION

Des Lieux du Baillage de Germersheim assignés
à Brisac.

Seltz	Rohrbach
Haguenbach	Appenhofen
Billigkeim	Impflingen
Heichlem	Munchausen
Klingen-Münster	Berchen
Glöckling	Hördt
Bleysweiler	Pfotz
Geishorbach	Neubourg
Gleiffenzell	Neubourgweiler
Mertzheim	Kuchard
Wolmersheim	Pfortz
Lengfeld	Wörth
Klingen	Leimersheim
Steinweiler	

Cop.

Cop. Num. 4.

Copie des Citations données aux lieux specifiez
dans la Liste Num. 2,

L OUIS par la Grace de Dieu Roy de France & de Navarre au
Premier huissier de nôtre Conseil d'Alsace. Comme ce jour-
d'huy sur ce qui a été remontré par nôtre Procureur General au
dt. Conseil qu'il auroit eü avis, que plusieurs Villages depen-
dans de la Prefecture Royale de Haguenau en ont été Distraits;
& usurpez par des Seigneurs Voisins, qui s'en sont emparez, & en
jouissent presentement sans autre titre que celui d'un bien seance,
qui n'est pas suffisante pour autoriser une Possession de cette na-
ture, & qui nous faisoit Prejudice, requeroit à cet effet Commis-
sion lui être decernée, pour faire appeller en nôtre dt. Conseil tous
les prétendus Possesseurs & Detenteurs de sdts. Villages, pour
voir reconnoitre la jurisdiction de la dite Prefecture Royale de
Haguenau, de desister de la Possession & jouissance de sdts. Villa-
ges avec Restitution de fruits de puis la dite Usurpation pour être
reunis à la dite Prefecture Royale de Haguenau à Nous cedée par
le Traité de Westphalie, comme en dependant, ce que nôtre
dit Conseil luy auroit octroje à ces causes te mandons & commet-
tons d'assigner à jour certain en nôtre dit Conseil, comme juge
naturel, & competant du presant differant, tous les Possesseurs &
Detenteurs des dits Villages de la Prefecture de Haguenau, de
quelque qualité & Condition qu'ils soyent, pour repondre aux
Conclusions de nôtre dit Procureur General, ce faisant le voir
condanner à le desister des dits Villages ainsi par eux usurpez:
nous en laisser la Possession & jouissance avec Restitution de fruits
depuis la dite Usurpation, & proceder ainsi qu'au cas appartiendra,
de ce faire te donnons pouvoir, car tel est nôtre Plaisir.
Donné à Brisac le 2. Janvier l'An de grace Mil six cent quatre vint,
& de nôtre Regne le trente sept, par le Conseil signé Bourdelot
avec Paraphe & Seellé du grand Sceau.

L'An Mil six cent quatre vint, le dix huitième Janvier en ver-
tu de la commission donnée par nos Seigneurs du Conseil souve-
rain

rain d'Alsace du deuxième du présent Mois, dont Copie est d'autre part. Nous sous signés faisans les Fonctions de prévôt General de la haute & basse Alsace, & de huissier du dit Conseil souverain, nous sommes transporté aux Villages de

Ou étant en parlant à avons bien &
duément donné assignation aux Seigneurs propriétaires & à tous les habitans de

à être & comparoitre dans le Mois à Brisac par devant nos dits Seigneurs pour repondre aux fin de la dite Commission, luy ayant enjoint de le notifier aux Seigneurs & habitans du dit Bailliage, au quel afin qu'il n'en pretende cause d'ignorance, j'ay laissé, Copie tant de la dite Commission, que de mon présent emploi fait au dit Lieu, le jour & Ans susdit en Présence de Joseph Boichat Archer de la Marechausée, & de Jean Pfau huissier du Baillage de Weisenbourg qui ont signé avec nous.

Boichat, Beaufire Jean Pfau.

Num. 5.

MEMOIRE

Touchant quelques sous Bailliages de Germersheim cités à Brisac.

LE Bailliage de Germersheim avec les sous Bailliages de Landeck, Altenstatt, Hagenbach, Seltz, Billigheim, leurs Villes, Bourgs & Villages & toutes les autres Apartenences, & Dependances à depuis un temps immemorial fait partie du Palatinat du Rhin, & à esté possedé par les Serenissimes Electeurs Palatins depuis plusieurs Siècles, sans aucune Contestation, ni Contradiction de qui que ce soit, jusqu'à la Guerre de Boheme & comme tout le bas Palatinat á esté restitué en vertu de la Paix de Munster à S. A. Electorale à présent regnante par le moyen des Couronnes de France, & de Suede, qui même sont garants, Elle est aussi rentrée par là dans la Possession de ce Bailliage avec tous ses biens Seculiers &

& Ecclesiastiques, Apartenances, Dependances & droits Royaux; qu'elle a paisiblement possédés jusqu'à ce jour; & combien que la Prefecture des dix Villes d'Alsace, avec tous les Privileges qui en dependent, aye esté cédée à la France par la Paix de Munster, neantemoins cette Cession ne se peut étendre sur les dits Lieux spécifiés cy-dessus, puis que la Maison d'Autriche, ni au temps de la dite Cession, ni même auparavant, n'a rien possédé, ni pretendu sur les dits Lieux, qui n'ont jamais fait partie de la Province d'Alsace, ni de la Prévôté de Hagenau. La chose étant ainsi, il est pourtant arrivé contre toute Esperance, que les Officiers du Roy à Brisac ont fait signifier une Ordonnance aux habitans de quelques Lieux des susdits Sous-Baillages & les ont cités à comparoitre dans un Mois à Brisac, pour se voir condanner à laisser la Possession des Lieux, & à la Restitution des fruits. Or on ne prouvera jamais, comme on le suppose sur un faux Principe, que le dits Lieux aient esté des Apartenances de la Prefecture provinciale de Hagenau cedée à la France, mais, comme on la montrè cy-dessus, le droit & la Possession de S. A. Electorale estant incontestable, elle a tant de confiance en la Justice & Equité de Sa Majesté tres Chrétienne qu'Elle se persuade, que non seulement Sa Majesté ne permettra pas à ses Officiers de troubler la dite A. Electorale dans la juste Possession de ses Etats, qui luy ont esté restitués par la Paix de Munster, confirmée par le Traité de Nimegue, mais que même Elle voudra bien la maintenir contre ceux qui entreprendroient de le faire, quand Sa Majtè sera bien informée de cette affaire, & des raisons déduites cy-dessus, auxquelles on en pourroit joindre plusieurs autres, si une si juste & si ancienne Possession avoit besoin d'autres preuves. C'est pourquoy S. A. Electorale supplie tres humblement Sa Majesté d'enjoindre expressement à ses Officiers de Brisac, de se déporter absolument de tels troubles & Contraventions à la Paix, de ne molester plus les sujets de S. A. Electorale; & d'entretenir desormais un bon Voisinage, & Amitié avec eux; à quoy les Officiers de S. A. Electorale ont Ordre & Intention de repondre réciproquement.

Num. 6.

EXTRACTUS

Liste des Reunions touchant l'Empire exhibée
par Messieurs les Ambassadeurs de France au
Mediateur le $\frac{11}{21}$ Aout 1697.

11. **L**A Ville de Germersheim, son Baillage, Apartenan-
ces, Depandances seront rendües à l'Electeur Palatin,
non obstant tous Traitez & Conventions faites à ses Predeces-
seurs.

Copie Num. 7.

Extractus Litterarum Plenipotentiarij Regis
Galliæ Obrechtii

Ad

Plenipotentiarium Electoris Palatini Zachman-
num de dato 16. Februarij 1699.

Monfieur.

SUR le Compte que j'ay rendu au Roy de ce qui á été Traité
en plusieurs Conferences que nous avons tenües, pour exami-
er les Griefs de S. A. E. Palatine, touchant la Restitution qui luy
doit avoir été faite en vertu de l' Article VIII. du Traité de Rys-
wic, Sa Majesté m' a ordonné par sa depeche du 30. Janvier der-
nier, de vous declarer, qu' ayant fait, verifier l' Etat des terres Pays
& Lieux que S. A. E. pretend luy devoir être restitués, comme de-
pendants du Baillage de Guermersheim, que vous m' avez pre-
senté dans la Conference tenue le 30. Xbre 1698. en Presence du
Seigneur Binder Plenipotentiaire de Sa Majesté Imperiale, & dont
pour plus grande seureté je joins icy la Copie, Elle à reconnu
qu' il n' y a aucune des dits terres & lieux dont S. A. E. ne soit ren-
trée en Possession & jouissance, & qui par consequent ne luy ait
été restitué en conformité de la Paix de Riswic de le 20 Xbre 1697
& qu' a cette Restitution Elle ne veut, & n' entend rien changer ou
innover ni permettre, qu' il y soit rien changé ou innové. Même
qu

qu' al' Egard des Contestations survenüs quelques Mois apres le dit 20 Xbre Touchant l' exercice, l' usage & l' etendüe de certains droits Regaliers, & de Superiorité territoriale, comme dans les petites Villes de Seltz & de Haguenbach incorporées, d' ancienneté à la Prefecture Haguenau, du droit de Logement de gens de Guerre, & de celui de Peages, & dans quelques Villages du Bailage d' Altenstat, enclavés dans le District & Finage du Moundat de Weisenbourg, en outre de celui des Appellations, Amendes & Impositions, Sa Majesté donnera des Ordres reiterés à tous qu' il appartiendra de laisser jouir S. A. E. de tous & chacun les dits droits Regaliers & de Superiorité territoriale nommement de celui du Logement de gens de Guerre, Impositions, Peages & autres, dont & en tant que feu Mr. l' Electeur Charle Louis en a joui ou deu jouir dans le dits Lieux & autre Contenus dans l' état sus mentionné, en vertu de la Restitution qui luy en a été faite en Consequen- ce de la Paix de Westphalie.

Copie Num. 8.

Etat des Terres, Pays, & Lieux qui ont deus être restitués par le Roy tres- Chretien à Mr. L' Ele- cteur Palatin suivant la teneur de l' Art.

huitième de la Paix de Riswic.

Presenté au Plenipotentiaire du Roy aux Confes- rences de Francfort, par le Sr. Zachmann Pleni- potentiaire de S. A. E. Palatine, en Presence du du Sr. Binder Plenipotentiaire de l' Empe- reur aux memes Conferences le 30.

Decembre 1698.

Terres & Lieux qui appertienent à S. A. Ele- ctorale seule.

Le Baillage de Germersheim

Germersheim, la Ville.

Bellheim

Otter-

Ottersheim

Knuttelsheim

Zciskheim

Hoerdt le Village.

Sondernheim

Dettenheim

Bobinguen

La Vallée de Sibeldingen

Godranstein

Sibeldingen

Kirchweiler

Gleisweiler

Le sous Baillage de Billigheim.

Billigheim la Ville.

Steinweiler

Arckenweyer

Rohrbach

Erlenbach

Clinguen

Impffingen

Le Cellerie & District de Hagenbach.

Hagenbach, la Ville.

Berg

Pfortz

Mördt

Vorlach

Neubourg

Neubourgweyer.

La Prevôtè de Seltz.

Seltz, la Ville.

Munchausen

**La Prevôté de Hoerdt & les Villages
qui en dependent.**

Leimersheim

Kuadt

Pfötz

La Prevôté de Klinguenmunster.

Modenbach

Pleisweiler

Planckenborn

Obernhofen

Knöringuen

La Prevôté d' Eufenthal.

Eufenthal

Grevenhausen

Mettenbach

Rodenbach

Merlenheim cense avec un Village.

Mechtersheim cense avec un Village.

**Terres & lieux que S. A. E. possede en commune
avec d' autres Seigneurs.**

Klingen-Münster

Schwechenheim

Lengelfeld

Oberhochstatt

Bornheim

Offenbach

Insheim

Mornsheim

Heichelheim

Appenhofen

Göglinguen

Wolmersheim

F

Geishorbach
 Kleiffenzell
 Gofferweiler
 Völckersweiler
 Sultz
 Stein
 Volach
 Luch
 Schwanheim
 Altenstatt
 Schweighoffen
 Hafftel
 Schleitel
 Seebach
 Schlettenbach
 Bobenthal
 Bernbach
 Finsterheim
Collationée Obrecht.

Num. 9.

Claufula concernens

Listæ seu Designationis locorum, Clausulâ Ar-
 ticuli quarti Pacis Riswicensis ultimâ compres-
 sentorum à Domino Legato Gallico Anno
 1699. Ratisbonnæ exhibitæ.

Pag. 55, Diocese de Spire

Baillages, Soubailages, Seigneuries & Prevôtez
 qui composent le Baillage superieur de Guer-
 mersheim rendus à Monsieur l'Electeur Palatin.

Baillage de Guermersheim.

Germersheim &

Pag.

Pag. 50. Prevôté de Seltz.

Seltz Ville & Neubenheim Diocefe de Strasbourg.	L'eglise est - - - entierement aux Catholi- ques par la Conversion des habitans arriveé com- me deffus	Le Roy a fait rebatir l'eglise	il y a des revenus fuffifant
--	---	---	------------------------------------

Munchaufen Diocefe de Spire.	L'eglise est - - - entierement aux Catholi- ques par la Conversion des habitans arriveé depuis les dites reü- nions.	Idem	
------------------------------------	--	------	--

Num. Io.

Articulus Quadragesimus septimus Pacis
RysWicensis.

SI aliqua Beneficia Ecclesiastica mediata vel immediata, du-
rante hoc Bello, ab unâ alterâve parte in terris seu locis sibi
tunc subjectis juxta primæ institutionis ac generalium vel par-
ticularium de ijs factorum statutorum legitimorum normam aut
aliam quamvis à Summo Pontifice canonicè factam dispositio-
nem & provisionem capacibus collata fuerint, ea non minùs at-
que illa Beneficia Ecclesiastica, quæ antè præsens Bellum in locis
ex hac Pace restituendis tali modo collata fuerunt, præsentibus
Possessoribus relinquuntur, ita ut nec in illorum Possessione vel
legitimâ administratione, nec in fructuum Perceptione, à quo-
cunque turbari aut impediri vel eorum nomine seu causâ præ-
teritâ aut in præsentibus jus vocari, aut quâvis ratione in-
quietari, seu molestari unquam possint aut debeant,
ut tamen ea præsentibus, quæ sibi ratione
illorum Beneficiorum incumbunt.

FINIS.

